

At creditur Licetus, semen non nutriti, & tamen vivere, quia reperiatur in ipso ea caloris, & humiditatis, quam ipse imaginatur? quod si hoc illud esset, doceat neccesse est peculiarius, quomodo deinceps semen nūritum eget, & quā nam causa aquælitarum illam tam exquisitam, tam cito, brevi tempore nonnullorum dierum spatio, destruere possit.

Verum enimvero ad ea, quae Licetus contra nostram opinionem opponit, breviter ita responsum volo: imbecillum calorem non supponi in jejunibus simpliciter, sed respectivo. at difficile, immo impossibile est probare id, quod sibi Licetus assulet probandum, nimis nullum eorum abstinentiam fuisse imbecilli caloris, immo contrarium facilius probaret, quia abstinentes omnes pene, & ut plurimum feminæ sunt, que crudiori abundant sanguine, ex cuius abundantia caloris arguitur imbecillitas. Neque dicat, eas fuisse juvenulas, & ob id calorem habuisse fortem, quia notum est, juvenas ut plurimum pati menstruorum defecatum, ex quo quis ignorat fanguius crudioris plurimum aggregari, ex cuius copia calor alias vegetus & fortis obrutur, & debilis evadat? Nec ad probandum minus difficilis est altera negativa, quod abstinentes punita & cruditatibus non abundaverint, & ex superioribus fatis falsitatis convincitur.

Quod autem tam anxie laborat Licetus, inventire, ubinam locis affervetur pituita, ex qua abstinentes aluntur, quicquidjam à labore, nam in quavis corporis parte eam affervari posse alias sibi etiam confusa credimus: non eget autem Natura tam rigorosa & exquisita, ac immutabiliter operandi regulâ ad suos effectus celebrandum, non enim philosophatur illa, cum necessitate urgente quicquam molitur. trahit undecunque oportuerit, expellit quicunque libuit, & quacunque sibi visum fuerit; in via, inaccessa, sibi inconsueta, intentata, incomperita alet, nullo tempore, nullo modo, nullo ordine fervato. atqui hinc miracula in Natura apparent. Itaque abundante ubicunque pituita, Natura eam sibi in alimentum immutare potest, modo & via, ac medio nobis vel incognito, vel inimpercepto.

Ad id, quod Licetus dicit de constrictione pororum cutis, qui etiam fromachari videtur circulatione, quam diu sibi fieri ab evaporatione pituita ad extimas partes, respondeo, hanc non esse conditionem tantopere necessariam, ut non existimem aliquando abfque illa fuisse nonnullos abstinentes; sed in pluribus eam potuisse considerari, & neque excrementorum conversionem in alimentum, neque circulationem illam vaporum, neque illam pituitam evaporationem esse quicquam præter Naturam, cui omnia facilissima sunt, & cujus ingenium in operando longe latissimam experier cogitationem, sed profecto, ut dixi, non est hic ipsius locus satisfaciendi omnibus iis, quæ Licetus adducit ad hanc nostram sententiam infirmandam, aut ad suam ipsius corroborandam, alias autem quondamque liberius accuratest me satisfacturum promitto, nunc cum luresperitis agentem ad alios me convertere omnino improbadum mihi videtur.

Acceptatus ergo jam pro veris historiis omnibus, & experientias à quamplurimis doctissimis viris narratis, & ab ipso diligentissimo pariter, & eruditissimo Liceo in unum congeffis, jam inde claram patet, longum jejunium, nimis non modo quod ad quadragesima dies, sed ad plures menses, & annos toleretur, esse rem maxime naturalem, ni-

hilque in se miraculoso continere, sed potius rari; quod quidem in pluribus veritatem habere est manifestum, neque tamen, his non obstantibus, dicendum est, semper jejunii longam tolerantiam à Naturâ esse; sed fuisse interdum supernaturale, & miraculose: quemadmodum ergo longum jejunium sicut naturaliter toleratur, cum prædictæ omnes conditions in unum coierint, caloris minimum imbecillitas, vel absolute, vel respectivo, crudorum humorum & pituitæ copia, ejus tamen Naturæ & qualitatis, quam supra monimus, & ut plurimum constringo pororum cutis, sic ubi ex conditions defuerint (quarum indicia advertentibus poterunt esse conspicua) jejunium ultra naturale terminum sepet, aut novem, vel decem, aut ad summum unum decim dierum toleratum, miraculosum erit, & causam habebit supernaturalem. tale dicendum fuisse jejunium Moysi in monte Sina, tale item fuisse jejunium Heliæ pergentis ad montem Dei Horæ, pale denique Christi Domini in deserto. Fortun. Fidel. lib. 2. de relat. Med. cap. 2., & tale insulm nonnullorum aliorum servorum Dei, si de quibus tale quid prædicatur, quod Sanctæ Romanae Ecclesiæ acceptum, ac probatum, & pro miraculo canonizatum fuerit.

Ratio vero, ob quam jejunium in his miraculosis sit, in illis vero nequaquam, non alia est, nisi quia illi, quicquid in contrarium probare contum fuerit Licetus, omnino nutriebantur, non externo, sed in interno alimento, neque alter illi vivebant, quam careri homines, & animalia vivant, nempe per nutritionem: at vero in Christo Domino, atque in aliis miraculose jejunibus omnis cuiuscumque alimenti subministratio defiebat, non externi solum, sed etiam interni, quod posset illi vitam fulcire, quæ idcirco miraculo omnium evidenter incoluntur permanebant, non enim naturaliter possibile est, animal mortale vivere absque eo quod vel extermum, vel internum habeat nutrimentum. concordat cum hac opinione Mercurialis, var. let. lib. 6. cap. 12. vel dici potest, virtute divina augeri vires alimentorum per anteactum tempus afflumtorum, ut credi potest de Heliæ, de quo dicitur: Et ambulavit in fortitudine cibi illius, quasi illum cibum tantæ virtutis fecisset Deus, ut totu[m] eo spatio pro aliomento sufficeret.

## S V M M A R I V M.

- 1 In miraculis celebratis per infirmorum sanationem diligens examen facendum.
- 2 Multa sanationes morborum miraculose sunt.
- 3 Morbus, quo ex miraculo sanatus fuisse præsumere debemus, que habere debent conditions.
- 4 Morbus ex miraculo sanatus debuit esse curatus vel impossibilis, vel difficultis.
- 5 Morbus ex miraculo sanatus debuit esse gravis.
- 6 Morbus ex miraculo sanatus non debuit esse in ultima parte fatus.
- 7 Sanatio ex miraculo facta debet esse facta subito, & in instanti.
- 8 Monstra in Arte contingunt.
- 9 Sanatio ex miraculo debet esse undeque perfecta.
- 10 Aliquæ ex multa fide, & imaginatione sanantur.
- 11 Unus morbus in aliis miraculose transmutatur.
- 12 Sanatio miraculosa procedere debet diverso modo, quam naturalis.
- 13 Sanatio per insignem evacuationem facta est naturalis.
- 14 Naturaliter etiam interdum aliquis fabrio a morbis sanatur.

15 Cris.

- 15 Cris, que per insignes evacuationes sunt, maxime attulentes sanationem fuisse naturalem.
- 16 Sanationes morborum omnes in facta historia absque illa insigni evacuatione successerunt.
- 17 Morbi ex miraculo sanati non debent esse agrotantibue familiares, & quomodo hoc intelligendum.
- 18 Mulieres difficiles morbos patientes, quam viri.
- 19 Lunatici quæ dicuntur.
- 20 Lunaticus morbus est menstrua, & molestia Epilepsia.
- 21 Lunatici à Demoniacis differunt.
- 22 Epilepsia est morbus curatus difficultis.
- 23 Epilepsia in pueris esse sanabilem quando sit verum.
- 24 Demon non cedit naturales remedium, & n. 34.
- 25 Demones artis Medicæ an ejus possint.
- 26 Nullus post septuaginta annos masculum generare potest.
- 27 Sterilitas in aliis mulieribus facta historia narrata an est naturaliter reparabilis.
- 28 Serpentes in Hebreos immisiti in deserto fucrum venenosissimi, & maxime exitiales.
- 29 Serpens ex eo remedium supernaturale fuit in figura Christi Domini.
- 30 Serpentes in Hebreos immisiti non fuerunt tunc prius à Deo creati.
- 31 Sanatio Malchi serui Pontificis quomodo fuerit miraculosa.
- 32 Pars animalis viventis à suo principio decisallico commovitur.
- 33 Ezechias naturalis remedium curatus est, & quale miraculum fuerit ejus sanatio.
- 34 Nonnulli claudi ab intero per accidens interdum sanati.

## De miraculosa infirmorum sanatione.

## Q Y A S T I O VIII.

- IN hoc miraculorum genere, quia plurimum deicipi homines contingit, exquisito examine opus est palam est, quod prudenter admonet Rocca de Canoniz. sanct. c. 25. tam multæ enim prædicantur miraculosa infirmorum sanationes, ut plures multo ex miraculo, quam ex Naturæ, aut Artis ope sanatis restitui credantur. Immo neque tempus ullum à seculi initio repertum est, in quo frequentissime hujusmodi miracula facta non predicentur; neque illa gentem barbaræ, atque à divina cultu aliena unquam fuit, quæ agrotantibue plurimos ex superiorum virtute sanari sibi non periuferet, hinc fallorum Deorum delubra ac templis, votis bellis undique reperfertissima, confluenta vulgo, cui casus, & ignorantia multa imponunt, ad referendas fuper gratias ejus, quam eorum favore credebat reportatam sanitatem. Multa quoque & apud nos hujusmodi miraculosa infirmorum sanationes quotidie, immo in horas, ac momenta audiuntur; quæ tamen ut plurimum iis, qui naturales rerum cauñas investigant, ab ipsis naturalibus cauñas vulgo ignorantes emanasse sensu ipso apparent; non tamen idcirco omnes naturaliter procedere obtinatè afferrandum; multæ enim interdum non naturaliter, sed a supernaturali cauña sunt. Quod ipse Hipp. in lib. de decen. hab. infusare videtur his verbis: Medicina, inquit, multum Deos colere comperitur, tum vero Medicis Diis plurimum concedunt; neque enim supervacaneam potentiam sibi arrogat, cum siquidem ipsis multa aggrediuntur, in multis tamen ab iis superantur. Multæ ergo morborum curationes immediate à Deo omnium bonorum datore miraculose emanant, inter quas peculiariter illæ fuerint, quæ in utroque testamento enarrantur, ac deinceps ex, quas S. R. E. Sanctorum meritis

ij. T 4 perpe-

perpetratis agnoscit; de quibus tamen omnibus particulariter differere non est præalentis loci; de prioribus tamen non nulla dicta occasione sumpta in hac questione, pro nunc autem universaliter de omnibus sermonem habebo, ac primo edocendum videtur, quibus signis miraculosa sanations a fortuitis naturalibus, vel artificialibus intertingui possint.

In morbis ergo omnibus, quos ex miraculo curatos fuisse præsumendum est, plures adnotare nos conditiones oportet; quibus, aut portiorum carum parte destitutos, non ex miraculo, sed vel naturaliter, vel ex arte, vel ex casu fuisse curatos, suspicendum est: harum autem conditionum nonnulla confunduntur ex parte ipsius morbi, alia ex parte sanationis, & modo, seu ratione ipsius, alia denique ex parte ipsius ægrotantis.

4. Ex parte enim morbi requiritur primo, ut curatus vel impossibilis, vel maxime saltem difficilis extiterit; quia miracula, ut alias dixi, sunt circa ardua, & difficultia, non circa leviora, habenda tamen consideratio impossibilitatis, & difficultatis, respectu temporis, respectu Naturæ ipsius morbi, & respectu modi curandi. nam vel morbus erat difficilis, & impossibilis omnino, ut curaretur, vel impossibilis, & difficultis erat ut curaretur eo modo, vel ut curaretur tam brevi temporis spatio, ut esset si morbus esset ex iis, qui nullo modo curationem recipiunt, ut naturalis cæcitas, aut si curaretur cum luto facta ex sputo, aut si curaretur ista oculi, nullo enim ex his modo hic morbus naturaliter sanari potuerit, quamobrem aperiuntur appareat, ejus curationem fuisse omnino miraculam.

5. Secundo requiritur, ut morbus fuerit gravis, ut quia sit vel cum manifestissimo vita discrimine, vel cum mala tolerancia, gravibusque symptomatis; talis in primo easu est febris ardens, & maligna, quali detinebat socrus Petri, fortis syncope, vel fortis Apoplexia, oris ventriculi inflammatio, à qua qui evadunt Iovis filii dicendi, ut dicit Amatus Lut. *curat. med. cant. 3. cap. 9.3.* In secundo easu est Lepra confirmata, qualis erat illa Nahaman Syri, Paralytis in veterata, quali affligebantur nonnulli in Sacris, de quibus infra, vetus, & nodola Arthritis, fæsus, & jam diuturnus capit dolor, qualis is est, qui clavus dicitur, & univerbindoloris omnes acuti, nobilem, aut sensitivam aliquam partem obsidentes.

6. Tertio requiritur principaliter, quod morbus non sit in ultima parte sui statu, ita ut non multo post naturaliter declinare debeat, vel ut morbus non sit prope judicium: in hoc enim tempore, ut ex Hipp. pater Aphor. *Sect. 2. Aphor. 30.* symptoma-ta omnia fortiora sunt, ita ut ægri aliqui de vita periclitent, succedente autem crisi, subita ac repentina mutatio sit ad salutem, que miraculosa ob id plerisque videtur: ob levitatem enim symptomatum judicant, ab quo dubio agrum de proximo moriturum, qui tamen brevi sanari restituitur. cum ergo ægri in tali statu sunt, ad supernaturaliter remediis promptissime recurunt, milie at plura vota Deo, sanctisque concipiunt, & remittente morbo, miraculosum id putant, præcipue cum tam brevi temporis spatio insperata salus successerit, cum tamen naturaliter morbus remittere debuerit, & declinare.

7. Ceterum pro parte sanationis maxime facit ad probandum, sanationem fuisse miraculam, si ea fiat subito, & in instanti: nam sunt ex ægrotis nonnulli, qui Naturæ ope à quibusdam morbis vindicantur, à quibus nullo artis Medicæ præsidio sanari posse creduntur, immo neque ipsius Naturæ auxilio, ita insanabiles omnino existimati, si dehinc sensim Naturæ ope sanentur, ex miraculo sanatos se esse prædicant, ac profecto quia de raro hæc contingunt, & vulgus causas sanationis ignorat, ex miraculo sanitatem recuperata facile cuivis perfidient, accedere enim hac videtur ad miraculaturn, unde & apud Medicos illud jactatur, monstru, ac miracula in Arte contingere, unde id infinitabat Avic. 4. 4. *tr. 2. cap. 10. in fin.* dicens, sepius numero aliqui sanantes ab quo spe uila, existenter, mirabiliter, tamen naturales habent causas, ita ut ad supernaturales nequicquam referantur. Sed inter quamplura exempla, que ad hujus conditionis corroborationem adduci possent, liber conferre quandam miraculosam adventitiam cœcitatæ curatione à B. Andrea Corsino factam cum alia, quæ nature, & artis auxilio processit, repugnat quidam artifices aurum ab argento, & ex ignis maxima vi fusum amissit, ad sanctissimi tamen viri prædicti illico, & in instanti fusum recuperavit. alia vero ex parte cum duo viri frumenta jam matura ab ignis voracitate, qui ea penitus absumebat, vindicare plurimum labores, ex ingenio flammarum ardore, ac splendore lumens amiserunt, quod tamen oportuni medici-mentis, & temporis diuturnitate affatim recuperarunt. hæc igitur quia temporis beneficio facta naturalis fuit, illa quia momento, & in instanti, omnino miraculosa sanatio.

Secundo sanatio debet esse undeque perfetta & absoluta, non manca, seu concisa: miraculum enim ut opus à supernaturali, ac perfectissima causa emanans, perfectum & absolutum opus est, unde etiam si aliquis liberetur à morbo aliquo difficulti, & insanabili, seu periculoso, utputa à forti Apoplexia, mox autem denuo illam relabatur, vel ab liberatus paralyticus tamen permaneat, miraculosa factum id non putaverim, nisi aliunde constet. aliqui enim interdum ex multa fide, & ex veritate imaginatione à morbis sanantur, ut firmat Concil. *Differ. 135.* & Carrar. *in quest. de ven. ad temp. conc. 1.* Marcell. Donat. *hist. mirab. lib. 2. 1.* At quia hæc causa insufficientis est, neque potest omnino moribusc causam abigere, idcirco faciliè morbus revertitur. Accedit præterea, ut ex uno morbo quis perfectè quidem sanetur, sed in aliunum incidat, ut ex febre longa in Quartanam, aut ex febre acutissima in lentam, & diuturnam, aut ex maligna febre in aliquam abscissum, aut ex Apoplexia in Paralysim, aut ex Epilepsia in melancholiam, & vice versa, aut ex alio in aliud, quæ sanations maxime secundum Naturam sunt, & deficient omnino à miraculoso, quia hæc perfectè non sunt, sed imperfectæ, & mutiles. Neque sanari dicitur morbus, qui alterum facit morbum. Galen. *in 6. Aph. 26.* Non negaverim tamen aliquando ex divina voluntate, & ex miraculo posse unum morbum transmutari in aliud, ut fortasse evenit anno proterito *1622* die *17* mensis Septembri, devotæ cuidam mulieri Tiburtina, cui nomen Arsilia Altissima, quam ego curabam, hæc enim cum acerbissimo hæmorrhoidum dolore vexaretur, & eam tumidas, & exulceratas insimil haberet, nullisque levarecur remedii, meo consilio & impulsu le Chirurgis invidenam frequenti die exponere debuerat, cum ecce enixe à Deo nocte præcedenti per merita Roberti Cardinalis Bellarmini pustulæ memoria, cuius felicissimi

felicissimi transitus ea dies erat anniversaria, expulsa, ut dolorem illum in aliam sui corporis partem transmitteret, quo se ab honesto illo pudore vindicaret; quamobrem eadem nocte dolores articulorum cam detinuerunt, & à dolore hæmorrhoidum, & à tumore, & ulceribus penitus, ac dicto citius libera evasit. hoc prò exemplo sit, & licet objici posse hic, quod ea metatralis non infrequens naturaliter sit, & quod dolores articulares alia huic mulieri familiares fuissent, tamen miraculi evidenti speciem præbuit, quod subito, & in instanti sanata fuerit. hæc enim conditio in miraculis videtur præ ceteris à naturali effectu abesse: præterquam quod alia non deflunt conditio-nes, quæ opus hoc pro miraculo canonizare possunt; ut quod proportionatis, ac pluribus remedias adhibitis non cœserit dolor, sed potius invaleuerit: quod nullis apparentibus signis, sed ex abrupto disperuerit ad solam beatu illius invocationem. possint ergo huic similes easus ex miraculo evenire, ut hunc ipsum ex miraculo eveniente creditur.

Denique ex parte ægrotantium est etiam aliquid, *17* quod consideretur in sanatione, que miraculosa dictebeant: necesse enim est, morbos, à quibus curantur, non esse consuetos, hoc est, non consuevisse ægros alia iis morbis affici, & ex iis quamquam difficilibus sele colligere. sunt enim, qui morbos magnos, exitiales, & horribiles pati, & ex illis præter spem non semel aut bis, sed multitudines sanari conveverunt. vidi ego qui quolibet trimetri spatio tali morbo affligeretur, ut nullum excogitari posset tam extitare symptoma, quo ex illo morbo non molestaretur. hic cum ab aliis eius Naturæ ignarus pro mortuo haberetur, omnes plures, ut dixi, delusus, quod etiam in aliis & ego animadvertis, & alios animadvertis scio, universaliter autem videbis, mulieres multo difficiliores & atrociores morbos pati quam viri faciant, & tamen sele ab illis facilius extricare, quod cuilibet volenti *18* adnotare licebit. His sic præmissis, ad particularia quadam veniamus, ut ex his non modo patet, sanations omnes in S. Litteris enarratas, ceteraque per manus servorum Dei factas periculosa extitisse, nec potuisse ex easu, aut Naturæ, vel artis operae emanare, sed ut insimil exempla quedam habemamus, ad quorum normam licet nobis de certis in dies eventibus recte, & secundum veritatem judicare.

### Lunatici, Paralytici, Dæmoniaci, Aridi.

**Q**ui propriæ appellantur Lunatici, dixi lib. 2. *19* barum questi. iii. 1. questi. 14. num. 25. & sequi. ubi loci non esse alios Lunaticos ab Epilepticis probavi, sed differre tantum in accessio-num frequentia, & fortitudine. Lunaticus enim morbus propriissimum loquendo Epilepsia est molestus, & confirmata, & quæ secundum Lunæ motus exacerbatur, & invalescit, fortioresque patitur accessiones. Dixi quoque Lunaticos à Dæmoniacis differre; non enim omnes Lunatici dæmoniaci sunt, neque vice versa omnes dæmoniaci sunt Lunatici; sed aliqui interdum dæmoniaci operæ ipsius dæmonis Lunatici efficiuntur, qualis erat ille, de quo *Mariæ capite decimo* *20* primo.

Ceterum morbus hic est ex se perniciosus, & cu-*22* ratu difficilis, ut ex Hipp. & Gal. Ror. apud Farin. dec. *236. n. 1. iii. 1. p. 2.* difficulter tamen in estate pro-

vediori, difficillimus autem, & quasi impossibilis ubi confirmatus fuerit, que enim Epilepsia de novoprehendit, recentioreſq; ætates fatigat, ut ex Hipp. præ cæteris habemus 6. *Epidem. ſeit. 1. tex. 4. & 2. Aphor. 45.* ſpes eft ut mutatione atatis fanetur, vel ut medicamentis quoque cedar, licet autem de atate ejus Lunatici, de quo in Euangelio, nulla habeatur mentio, certum id tamen eft, atatem illum potuisse non grandem, cum ſupplex pater pro eo depreceatur: non autem quod hic pubes eſſet, aut etiam ætate minor, idcirco putes, morbum illum potuisse arte Medica vel ſummo cum ſtudio, & difficultate 23 fanari, quia ſententia illa, quod Epilepsia in pueris ſanabilis fit maxime atatis mutatione, ita limitanda eft juxta Galeni doctrinam in *commento ſupra ci-tati loci Epidemias*, ut veritatem habeat, ubi ex nativa tempeſt ortum trahat, quia mutatur etiam temperies atatis mutatione; at hie non ſola potuit eſſe morbi cauſa nativa temperies, ſed neceſſe erat cerebrum ipſum tanquam instrumentarium partem laſum eſſe, & humores in eo dominari venenato-mentibus habentes, ex quibus tam ſeva ſymptomata confequuntur. quibus addi potest, quod Hipp. ſententia locum non habeat ubi Epilepsia ob frequentiaſ accelfionum, & ob earundem fortitudinem jam habituata eft, & Naturam ſibi ſubegit, ut cum advenit quolibet Novilunio, vel Plenilunio, & cum magna agitatione, & diſtortione membrorum, & cum gravibus aliis ſymptomatis: tunc enim tantum abeft, ut atatis mutatione curetur, ut indies potius moleſtior evadat, & li medicamentis tractetur, irriteretur potius, quam fecus, & ratio eft, quia ab humore melancolico originem trahi, qui ex ſua na- tura talis eft, ut ubi radices aliae egit, aveli unquam non poſſit, ſed universum corporis cratim, five temperaturam deſtraverit, ut in cancris, ſimilibusque morbis melancolici obſervare li-cepit. De quibus idem Hipp. in *Aph. dicebat*, quod non curare mulius ſit, non enim li-cepit de cancris loquatur, de foliis cancris id intelligendum, ut bene lentiſt Card. ſed de omnibus morbis melancolici conſirmatis, & in habitu, quos incurabiles eſſe, non eſſet, quia cum non li-cepit eos minuere, ut ex dicta Hipp. ſententia apparet, cum medendo citius intermari, non li-cepit eo in totum tollere. Card. de *mal. med. cap. 1.* Neque diſtentib; ab haſentia Hipp. cum *lib. de morbi facr. paulo ante forem* cam curari non poſſe docerunt, ubi inverterebat; præterquam quod frequenter, & fortitudine accelfionum maxime ſecundum lunam motus ſupponit naturalem cerebri, Nervorum, capitisq; toris debilitatem, materie multitudinem, inobedientiam, & pravitatem, que omnia ſuperare humana ope eft impossibile. In Lunatico ergo hoc à Chriſto Servatore ſanato vides haec omnia in unum coiſſe; quia, ut dicitur, Lunaticus eft, & male, hoc eft gravior, & miſerabiliter patitur. nam ſe-pe cadit in ignem, & crebro in aquam, quibus verbi denotatur accelfiones in eo ſuſte & fortifimis, & frequentifimis, morbum decernentes ſola Dei virtute amovibile. quibus addebetur demonis praefentia, qui cauſam naturalē irritabat, ac ferociorem morbum faciebat, neque permittebat puerum illa ope humana (fi modo illa juvari poterat) ſubveniri, quod illi faciliū eft. præter morbi ergo ipſius magnitudinem, & repugniam, aderat etiam in hoc repugniantia ad recipiendum ſanitatem ex parte demonis, quem naturalibus remedii non cedere, firmiter eft aſſeverandum.

Domi-

Tametsi enim controverſum ſit, an demones ar-te Medicis ejici poſſint, & naturali quodam reme-dio, & pro affirmativa ſententia faciant que adduxi lib. 2. bat. queſt. tit. 1. queſt. 18. tamen abſolute dicendum nunc videtur, nullum poſſe eſſe naturale 25 remedium de direcțo contra dæmones, & conſequenter ut mutatione atatis fanetur, vel ut medicamentis quoque cedar, licet autem de atate ejus Lunatici, de quo in Euangelio, nulla habeatur mentio, certum id tamen eft, atatem illum potuisse non grandem, cum ſupplex pater pro eo depreceatur: non autem quod hic pubes eſſet, aut etiam ætate minor, idcirco putes, morbum illum potuisse arte Medica vel ſummo cum ſtudio, & difficultate 23 fanari, quia ſententia illa, quod Epilepsia in pueris ſanabilis fit maxime atatis mutatione, ita limitanda eft juxta Galeni doctrinam in *commento ſupra ci-tati loci Epidemias*, ut veritatem habeat, ubi ex nativa tempeſt ortum trahat, quia mutatur etiam temperies atatis mutatione; at hie non ſola potuit eſſe morbi cauſa nativa temperies, ſed neceſſe erat cerebrum ipſum tanquam instrumentarium partem laſum eſſe, & humores in eo dominari venenato-mentibus habentes, ex quibus tam ſeva ſymptomata confequuntur. quibus addi potest, quod Hipp. ſententia locum non habeat ubi Epilepsia ob frequentiaſ accelfionum, & ob earundem fortitudinem jam habituata eft, & Naturam ſibi ſubegit, ut cum advenit quolibet Novilunio, vel Plenilunio, & cum magna agitatione, & diſtortione membrorum, & cum gravibus aliis ſymptomatis: tunc enim tantum abeft, ut atatis mutatione curetur, ut indies potius moleſtior evadat, & li medicamentis tractetur, irriteretur potius, quam fecus, & ratio eft, quia ab humore melancolico originem trahi, qui ex ſua na- tura talis eft, ut ubi radices aliae egit, aveli unquam non poſſit, ſed universum corporis cratim, five temperaturam deſtraverit, ut in cancris, ſimilibusque morbis melancolici obſervare li-cepit. De quibus idem Hipp. in *Aph. dicebat*, quod non curare mulius ſit, non enim li-cepit de cancris loquatur, de foliis cancris id intelligendum, ut bene lentiſt Card. ſed de omnibus morbis melancolici conſirmatis, & in habitu, quos incurabiles eſſe, non eſſet, quia cum non li-cepit eos minuere, ut ex dicta Hipp. ſententia apparet, cum medendo citius intermari, non li-cepit eo in totum tollere. Card. de *mal. med. cap. 1.* Neque diſtentib; ab haſentia Hipp. cum *lib. de morbi facr. paulo ante forem* cam curari non poſſe docerunt, ubi inverterebat; præterquam quod frequenter, & fortitudine accelfionum maxime ſecundum lunam motus ſupponit naturalem cerebri, Nervorum, capitisq; toris debilitatem, materie multitudinem, inobedientiam, & pravitatem, que omnia ſuperare humana ope eft impossibile. In Lunatico ergo hoc à Chriſto Servatore ſanato vides haec omnia in unum coiſſe; quia, ut dicitur, Lunaticus eft, & male, hoc eft gravior, & miſerabiliter patitur. nam ſe-pe cadit in ignem, & crebro in aquam, quibus verbi denotatur accelfiones in eo ſuſte & fortifimis, & frequentifimis, morbum decernentes ſola Dei virtute amovibile. quibus addebetur demonis praefentia, qui cauſam naturalē irritabat, ac ferociorem morbum faciebat, neque permittebat puerum illa ope humana (fi modo illa juvari poterat) ſubveniri, quod illi faciliū eft. præter morbi ergo ipſius magnitudinem, & repugniam, aderat etiam in hoc repugniantia ad recipiendum ſanitatem ex parte demonis, quem naturalibus remedii non cedere, firmiter eft aſſeverandum.

Domi-

Dominus, vel eius ſervi ſanarunt, omnino miraculoſa, nihil quicquam naturæ operibus affine ha-bens.

Sequitur ut de paralyticis loquarum: ſunt vero, 35 ut Medicis notum eft, Paralyti, quibus nervi re-foliti ſunt, ita ut ad motum membra vel omnia, vel aliqua inepita habeant, & aliquando etiam ſenſu ca-rentia, ii autem, qui toto corpoſe reſolvuntur, vo-cantur Apoplecti, paralyti vero proprieſi, qui in aliquid tantum parte, vel non in omnibus eo morbo detinentur, qui Paralyſis dicitur. que quidem, ut Cell. lib. 3. c. 27. afferit, nunquam acutus, ſe-pe longus, ſere ſanabilis morbus eft, que Celi verba (ut obiter hoc Mercurialis ſtudioſos admoneam) peroperat ab ipſa Mercuriali relata ſunt lib. 1. ſue præt. c. 20. cum contrarium omnino afferat Cellus ex Mercurialis lectione, nimirum eſſe interdum pa-tium paralyſim acutam aegritudinem, ſe-pe longam, fere incurabilem: licet autem ex vera Celi ſententia pa-tium paralyſim ſanabilis fere exiſtar, tamen non ſimplicerit id venit intelligendum, ſed ad hoc ut ve ritatem habeat requirimus primo, ut paralyſis levis 38 ſit, ſecundo ut unicam tantum partem obſideat puta brachium, vel crus, tertio ut non ſit inverterata: contra enim ſi foris ſit, ſi plures partes moleſter, ſi ſit inverterata, tantum abeft, ut ſanabilis fit, ut potius quemcumque medicis induſtria laborem, atque ſtudium in ea curanda impenſum eludat, quotidianā experientia id commoniſtrante, & omnibus Doctribus auentiibus. Paralyſis autem, de qui- bus in ſacris, posteriores omnes habuſe conditio-nes apertissime patet: nam agrotantes illi nullo mo-do ex eo morbo movere ſe poterant, ita ut ex hoc conjectari liceat plures, ac potiores partes obſeffas fuſſe: erant etiam illa paralyſes graves, quia habe-bant ſecum prava acciden-tia; de fervo enim Centuriōnis dicitur *Matt. cap. 8. vers. 6.* Domine, puer meus jacet in domo Paralyticus, & male torque-tur; & de eodem *Luce cap. 7. vers. 2.* Centuriōnis au-tem ſeruos male habentes erat moriturus. item de al-tero Paralyticō *Joan. cap. 5. vers. 5.* Erat autem quidam homo ibi tringinta & octo annos habens in infirmitate ſua; ex quibus etiam habet, eas Paralyſes fuſſe inverteratas, ut erat etiam illa, qua detine-batur *Æneas*, de quo in *Actib. Apof. cap. 9.* qui per octo annos eo morbo detinebatur. gravis quoque Paralyſis illius fuit, quem Chriſtus Dominus curavit in Capharnaum, cum effet illo corpoſe reſolutus, & idcirco tanquam cadaver a quatuor portare-tur, ut dicitur *Marc. cap. 2. vers. 3.* Omnes igitur ſu-pra nominate paralyſes ob praeditas conditions, omnem artem, omnemque naturalem curationem effugiebant, nec niſi omnipotens Dei manu ſanari poterant. & ratio eft, quia partes, quae paralyſim longo tempore fuerint paſſa, non ſecus ac partes jam demortuam ad vitam, quod totum animal jam mortuum revocare. Facit Cardan. in *Hift. Pro-groſſi. lib. 3. prog. 38.* novam enim vitam illam quoque adipisci necesse eft, quippe cum defuſcente nature per nervos tranſmittere animales ſpiritus, concidit nervorum ſubſtantia, flaccicitque, & omnino temporis longitudine inepti redditor ad recipiendum ulterius animalium ſpirituū influ-xum.

41 Non multum abeft à Paralyſis Naturā Atrophia, hoc eft partiſ alicuius conſumptio, & ariditas, in qua paſſione corpus, ſeu corporis pars aliqua non

amplius nutrimento fruitur, & naturaliter ſemper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, ſumma macies oritur, ut Cornel. Celſi dicebat lib. 3. cap. 22, pars ergo, qua Atrophia laborat vita carē dici potest, cum vita per nutritionem exiſtat, in pejori ergo conditione eft, quam ea, que laborat paralyſi; quod haec lietis mota, aut ſenſu, aut utroque careat, nutritur tamen, quod ſuf-ſicit ad vivendum, laborabat ergo homo ille, de quo *Luce cap. 6. vers. 7.* Atrophia manus dextra; omnes autem Euangeliſta unanimes dicunt, hunc habuſe manum aridam ob id, quod prætemporis longitude, quo hic atrophia manus laboraverat, ea jam exiccatā, arida, ac mortua erat: non enim ullo nutrimento jam per longum tempus, vel etiam ab ipſa nativitate fulcibatur quod li paralyſes, de quibus ſupra, non niſi miraculoſe ſanari poterant, multo magis verum id erat in hac manus ariditate, que gravior erat aegritudo, quam paralyſis. De ma-nu autem arida Ieroboam, de qua *Reg. 3. cap. 13.* non eft, quod quicquam in medium afferam, cum & miraculoſe aruerit, & miraculoſe reſtituta fuerit, ut in hiſtoria patet.

## Cæci, Muti, &amp; Surdi.

Cæcitas à Chriſto Domino ea, qua pollebat 43 ſupernaturali virtute, non ſemel ſanata eft; ſed in unico tantum caſu eam à nativitate fuſſe conſtar, ut narratur *Iona. cap. 9.* in cæteris autem de cæci-tatis qualitate nihil habetur, ut videri potest *Matt. c. 9. & 20. Marc. cap. 8. & ſeqq. Luce cap. 18.* To-44 biæ vero cæcitatem adventitiam fuſſe, ex ipſius hiſtoria conſtat, in qua ejus cauſa procataracta; & externa narratur. & *Genes. cap. 19.* cæcitatem ad-notare licet Sodomis procuratum ex miraculo. Item *Reg. cap. 6.* cæcitatem militum Regis Syriæ adventitiam fuſſe conſtar, & ex miraculo inflatam, & ex miraculo quoque ſanata, quamobrem de hac cæcitate nihil eft, quod in medium afferamus, quemadmodum neque de aliis, ſi cæcum natum, & Tobiani excipiamus, niſi quod in illis præter mo-dum, quo ſanati ſunt, qui fuit ut in cæteris omnibus mere miraculofus, erat etiam ex parte morbi re-pugnata quedam recuperande ſanitatis per prædicta naturalia: ſcimus enim Medici quique experientia quotidiana docti, quam parum in affectibus oculo-rum caran-dis proficiamus, cum altas egemur radiceſ, & conſirmati jam ſunt. Cæcitas vero affectus eft ut plurimum dependens ex aliis oculorum af-fectibus diffiſilis, & contumacibus, & ex pannis, maculis, cataracta, & hujusmodi. hi etenim cum conſiruntur, in cæcitatem terminantur, & universi morbi omnes in videndi virtute pullulant, vel ab ortu, vel à temporis longitude intolerabiles omnino ſunt, ex *Prædictum* ſententia, Mercurial. lib. de oculi aff. cap. 1. plures autem condi-tio-nes adiuiſe in cæcis à Chriſto Domino ſanatis, ob quas multo minus curabiles humana ope erant, ad-notat Guillel. Ader de *Agrot. Enarrat.* 6. ubi & de morbi qualitate, quo detinebantur, ver-ba habet, de quo tamē ex mea ſententia, nihil quicquam certi affirmari potest, niſi quod erat ex genere cæcitatibus; nam poterat unus cæcus di-verbum quoque ab altero morbo pati. quam-quam autem ita ſe res habet, ut cæcitatem cu-rare jam conſiratam, potius miraculofum opos-sipat,

46 sapient, quam naturale, non est tamen hoc ita perpetua veritas, ut aliquando ex causa non contingit nonnullos a multo tempore occaecatos ex accidenti aliquo a cæcitate fuisse vindicatos, ut illi evenit, qui vulnera in fronte accepto visu jam a multo tempore amissum recuperavit, & alteri ex morbo Gallico oculis capto, qui cum ad eum Gallicum morbum depellendum felinum ex Mercurio inungere, desperatum jam visum denio adeptus est, quas historias cum aliis nonnullis his non absimilibus admittandis ac raris habes apud Schenck. lib. Observatorium titulo de Oculis. Recitat quoque Kornman, de mirac. viror. tr. de natu oculi. ex D. Gregorio Dialog. lib. 2. cap. 10. cuidam Abbatii post quadragesima cæcitatibus annos vixim fuisse restitutum. Quod tamen miraculose contigit crediderim. Sed & vixim animalia nonnulla omnino amissum naturaliter recuperare posse, docent pulli hirundinis, quibus, oculis eritis, sic ut crystalloides efficiuntur, vixim tamen atque oculus restituatur, ut docet Arist. & confirmavit experientia. Card. lib. 7. de variet. cap. 36. quod & 48. Elianus lib. 2. de Animal. cap. 3. firmat. At vero cæcum a nativitate vixim recuperare, hoc quidem toto genere prater & supra Naturæ vires est, unde videtis in sacra historia quod hoc factum ab ipso cæco sanato tantisper extollitur. A scelulo, inquit, non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati, & addit: Nisi esset hic à Deo, non poterat facere, quicquam innuens in ea curatione requiri omnino supernaturalem ac divinam virtutem, loquor tamen hic de vera cæcitate, non de ea, que interdum fieri potest ex palpebrarum coaliis & adhæsi, hæc enim vel manu chirurgica juvari potest, dummodo oculus ipse, qui videnti est instrumentum, purus sit, & nihil impedimenti patiatur; effectus autem oculorum proprius, qui à Natura sit, & qui dicuntur cæcitas, arte medica nunquam sanari potest, cum oblaesum sit ipsum videnti organum in sua ipsius plasmatione, solus ergo is, qui illud plasmavit, ad rectum & sibi debitum munus revocare potest. Vixim namque organum multis modis depravari potest, tam respectu principis patris, neque humoris crystallini, quam respectu aliarum huic inservientium; qualecumque autem fuerit vitium hujusmodi, à natura tolli nequaquam potest, quia si nullum naturale vitium inter haec recipit curam, multo minus ipsa cæcitas recipere poterit.

49 Ceterum, diversa omnino sunt operatio in curatione cæcitatibus Tobias, quam Sacra Scriptura diligentissime enarrat, docens causam primùm externam cæcitatibus, modum curationis, remedia applicata, & successus in ipsa curatione. Itaque comparatione facta inter curationem cæcitatibus in Tobiae, cum curatione facta in cœco nato, clare appareat, hanc, ut dixi, fuisse simpliciter miraculosam, illam vero solummodo secundum quid excedenter Naturæ vires in eo, quod naturale alias remedium, & non nisi multoties repetitum, & post multa obseruata ex artis præceptis, ut totius corporis evacuacionem, vixum convenientem, & hujusmodi, tunc ex divina virtute adeo viribus polluerit, ut semel applicatum omnino cæcitatibus sustulerit, unde, ut alias dixi, hoc miraculum in infimo miraculorum genere reponendum venit, cum factum sit mediis quibusdam naturalibus, quia fel ejus pīcis ( quem Callionymum, seu Vranoscopum fuisse, aut Hyænam vult Valles. de sacr. Philosop. cap. 42.) & alia pīcis fella, & Avium, aliorumque animalium ad oculo-

Magna febre detenti, Dysenterici cum febre, & sanguinis longo fluxu uterino laborantes.

F Ebris, qua locru Petri detinebatur, velipso Euangelista testante, erat magna; quæ magnitudine non modo respiciebat febrilem calorem, quod 53 valde esset acer, mordax, ac molestus, nec respiciebat solum symptomata, & accidentia febris, quia conseqūens erat, ad tantum calorem sequi sicut intollerabilem, ardorem, anxietatem, spirandi difficultatem, & alia his graviora, sed etiam respiciebat naturam ipsius febris, quod esset mali moris, &

et

miraculorum admirationem sanatio mulieris, quæ fluxum patiebatur sanguinis jam per duodecim annos, de qua diligenter scribitur Marc. c. 5. vers. 25. his verbis. Et mulier, quæ erat in profluvio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perplexa a compluribus Medicis, & erogaverat omnia sua, nec quicquam proficerat, sed magis deterius habebat. Quibus non ab simili narrat Lucas cap. 8. vers. 43. interque autem his verbis, & morbi naturam, & tempus, & medicamenta incasum adhibita memoret, ut insinuetur eam jam humana ope non potuisse sanari, quod notat etiam Mercur. lib. 4. de morb. mul. cap. 2.

Id quod mirum duco in hac muliere est, quod tam diu fluxu sanguinis confundata (five ille menstrualis fuerit, five hemorrhoidalis uterinus tamen, ut videtur malle, nescio qua ponori ex causa Guilielm. Ader. sibi alias par. 1. enarr. 8.) in aliud morbum non inciderit, cum quicunque ille fuerit fluxus 58 chachexiam, Hydrosem, alioquin consimiles morbos, si inverteveretur, non solum aptus sit excitare, sed quasi de necessitate inferat, refrigerato nempe nativo colore, ipsaque hepatis sanguifaciatrice virtute labefactata, ita ut ex his non possim mihi non persuadere, eam fuisse, & magna, & periculo plenum, immo omnino lethalem per illa verba, Incepit enim mori: nam febris ex qua, & ex cuius vi homo moritur, & magna, & exitialem absque dubio se esse successu ipso ostendit. Ergo puer hic iam moribundus erat, & naturaliter mori debussit, cum iam incepisset mori, quia febris illa iam naturale calorem defavat, & humidum radicale absumebat, nullis contra illius ferociam prævalentibus Artis præsidii, aut Naturæ ipsius robore, maxime quia patiens etatem degebatur puerilis, que neque sustinet, neque admittit remedia convenientia, & magna, qualia magnis morbis debentur. Tam socrus ergo Petri, quam Reguli filius sanitatem absque dubio ex miraculo recuperarunt: nam præterquam quod uterque infansilis erat, ut demonstratum est, modus ipse sanacionis fuit mere miraculosus, cum solo verbo præcipiendo tantum id factum sit, quod naturaliter succedere non potest; nam de illa dicitur Lucas cap. 4. vers. 39. Et stans super eam imperavit febre, & dimisit illam, & continuo furgens ministrabat illis; de hoc autem Ioan. cap. 4. vers. 50. Vade, filius tuus vivit, & illa ipsa hora reliquit eum febris, ut additur. Illud adnotandum, quod si minime concedat pervicax aliquis Medicus, hos agrotos fuisse infansilis, sed contendat potuisse in illis habere locum Medicina præsidia, tunc miracula hæc non erunt toto genere supra Naturam, & in secundo miraculorum ordine erunt reponenda, habito respectu ad folium modum sanandi.

56 Simile opus fuit illud Pauli in curatione Patris Pubpii, qui dysenteria cum febre laborabat, ut narratur in Actib. Apost. cap. 28. vers. 8. nam & hic morbus in senectute erat absque dubio difficilis, & letalibus, qui in juveni similiter letalibus existat. nam non dicam illum fuisse incurabilem, ut vere fortale erat, ne videar in his miraculum affectare: curatus tamen est à Paulo oratione, & manus impotitione, ergo ob similem modum curandi erit hoc miraculum, ut superiora in secundo ordine reponendum.

57 Adequare, immo fortasse superat prædictorum

Lib. IV.

Parum ab hoc distat lepra Mariae ejus sororis, de qua Num. cap. 12. ex miraculo enim ob detractionis peccatum in Moyse commissum leprosa evasit, sed ejus curatio tantisper ab illa recedit, ita ut non 60 debeat reponi in eodem miraculorum genere; quia Maria non illico sanatur, sed separatur septem diebus, juxta ritum lepræ, & sic ab illa mundatur: videatur ergo hic concurrere aliquo modo Naturæ, cum tempore fiat sanatio, cujus beneficio, ita Deo specialiter volente, fit. Sed & hac ipsa magis à miraculi natura recedit mundatio lepræ in Na-

j. V. haman



emanantium acerbitas, ut totius corporis incendium, sitis clamola, & inextinguibilis, dolores acutissimi, & hujusmodi, ita ut magis quid mihi inuenire videatur hoc loquendi modo, quam fecerit alias Deuteron. cap. 32, cum de Aspidum veneno loquens, illud insanabilis epitero infigavit: horum enim serpentum venenum non modo certo certius occidebat, ut ex eventu apparat, quia plurimi eorum, qui mossum iporum experiebantur interibant, sed, ut dixi, cum intolerabili dolore, & anxietudine non secus ac ignis faceret, si eo quisquam sensim, paulatimque absumi permitteretur. Fortasse simile affect extixum serpens Diplos dicitur, de quo Nicand. in Theriac. & Diocorid. lib. 6. cap. 50. & ibi Matthiol. & quidem, licet credat Bustamantius, ubi supra cap. 2. eos serpentes diversi generis fuisse, communaret tamen inter illos Diploides, qui effectus prædictos aptior est prognoscere; sed quales fuerint, effectus ipsius produxitse in iis, qui comimorari erant ipse etiam Bustamantius, concludit. Nullum porro intercessisse naturale remedium ad tanti venenationem, sed sibi serpenteum aeneum remedium omnino supernaturale in figuram Christi Servatoris nostri emanans, pater est. Neque facile adducor, ut credam quod Bustamantius, ubi supra cap. 75, videtur admittere, nimirum serpenteum illum à Moyse proculis tali coeli clymate, & configuratione constitui, ut non secus ac nonnulla alia figura ad aliorum animalium mortuum, ut puta Leonum, Tigrum, & hiujusmodi conseruerunt, sic ad mortuum illorum serpentum remedio ille fuerit; quia modus loquendi sacra Scriptura non hoc invenire videtur, sed contrarium: non enim ex se Moyse serpentem fecit, sed Dei ipsius præcepto dicitur, Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo, qui percussus asperteret eum, viverat. at non videtur dicendum, D.O.M. 78 olum huius secundis hinc causa, & offendit Moyse remedium physicum, & naturale, sed dedice hic serpenti talem virtutem sanandi commoribus ab illis serpentibus ex propria potentia absoluta. Unde merito damnatur, & exploditur haec opinio à Torreblain, in Epist. delib. lib. 1. cap. 7. num. 41. Preterquam quod apertissime convincitur hujus sententia absurditas ex verbis lib. Sapien. cap. 16. ver. 7. ubi de ea re verba faciens Auctor, Qui enim inquit, conversus est, (ad serpentem aeneum) non per hoc, quod videbat; sanabatur; sed, per te (Deus) omnium Salvatoris. Miraculum tamen hoc in lectendo miraculorum gradu venit repudionem: non enim impossibile erat eorum serpentum mortum Medicina arte sanari, ut abunde probat idem Bustamantius, ibid. cap. 5. licet Alpidis, Hamorrhoidis, & Diploides, aliorumque serpentum mortis immediatis judicentur; quod quidem ut plurimum fit, non semper, neque enim serpentes illi tunc primum sunt à Deo creati ad eum effectum, ita ut suppicari possimus, habuisse illos venenum omnino à naturalibus diversum, & ob id arte Medica insanabile, quia sacra Scriptura hoc non dicit, itum contarium insinuat, cum dicit, Immisit Dominus in populum ignitos serpentes; quasi eost aliquia deferri parte commonantes in Hebreos impulerit; quod etiam sentit Bustamantius, ubi supra cap. 2. neque hoc absque naturalis rei testimoniō dico, quia Herod. lib. 3. narrat, in Arabia reperi maximum serpentum alatorum quantitatem, qui interdum quasi exercitu facto ad Ægyptios tendunt, eosque maxime molestant, ad quod facilis adducor, ut credam, quia lo-

Et

## Quæstio IX.

## De Miraculis.

235

Et hæc dicta sufficient peculiarter de Ægrotis, quos confat ex laco tam veteri, quam novo testamento ad sanitatem miraculose fuisse revocatos; quod si qui me fugerint, de quibus hic mentionem nullam habuerim, possunt facilime ex iam dictis lectores cognoscere, quantopere eorum fanatio-nes vires Natura exuperaverint, & in quo miraculorum genere fuerint repaudient, si ad hos collate fuerint, quemadmodum etiam de ceteris omnibus extra sacram historiam enarratis facilius quandoque licet. hæc enim ego potius pro exemplo adduxi, quam ut omnium ægrotorum, qui miraculose curati in utroque Testamento reperuntur, accuram historiam texere volerim.

## S V M M A R I V M.

1 Deus miracula operatur in nostram salutem, &amp; ad finis ipsius gloriam.

2 Mala hominibus Deus mala ministratur.

3 Antiqui Deos bonorum, &amp; malorum causas esse volunt.

4 Deus ex Platone solitus boni causa est: mali autem quæcumque alia causa preter Deum.

5 Deus hominibus mala inficit ad eorum correctionem.

6 Morbi ex Deo permisiti a Demonibus in homines inferuntur.

7 Diuum in morbis quid ex Hipp.

8 Qui supernaturales morborum causas negant tota calo errato dicenda.

9 Morbi nonnulli sunt, quorum causæ ignorantur, &amp; qui non habent ultra remedia propria.

10 Morbi nonnulli solis spirituallibus remedii sensantur.

11 Nulla maledicti causa affiguntur nisi euenient primo genitorum omnium Ægyptiorum.

12 Si Deus sit, si summe boni, &amp; virtutis amarus sit opus.

13 Univeritas hominum consensus divinos morbos admissit.

14 Morbi, &amp; mortes miraculose eventientes qua nomina signa demonstrare possint.

15 Miraculum est opera artificis, &amp; difficile. &amp; ab hominibus cogitatione removuntur.

16 Miraculum est id, cuius effectus est manifestus, causa vero incognita.

17 Deinde morbi naturalibus praediti irritantur, vel illis nullatenus cedere conspicuntur.

18 De morte, aut morbo miraculoso immisso quando tunc suis fiscari.

De Morte miraculosa, & de morbis divinitus immis-  
sionibus.

## Q V E S T I O N E I X.

Q Vemadmodum in nostram salutem, & ad finis gloriam multa operatur Deus miracula, quibus singulari nobis imperitior beneficia: sic tum ob predicta, tum etiam in nostram correctionem alia nonnulla operatur, quibus & morbos, & aerumnas, & mortes hominibus conciliat, quod adeo uniuersique hominum acceptum videtur, ut univeritas omnium consensus id ipsum fateatur, vel ipso Galen. teste in primis Epidem. in princ. quin ipsam veritatis fons Deus optimus maximus hominibus pravo corde ambulantibus milles quamplurima mala ministrat, & præcipue autem morbos graves, & mor-

ij. V 3 ginem